

168. | THESES MISCELLANAE

Quas D. O. M. A.

AUTHORITATE, ET PER
MISSV INCLYTI ORDINIS IURIDICI
Archiducalis universitatis
Friburgensis.

SUB PRAESIDIO.

NOBILIS, MAGNIFICI, CONSULTIS-

SIMIQUE VIRI DOMINI FRIDERICI MARTINI, I. V. D. SACRORVM

PONTIFICII LATERANENSIS ET CAESAREI PALATIORVM

Comitis, Serenissimi Maximiliani Austriae Archiduci
&c. Consiliarij, Canonum Professoris Primarij,

& praedicti Collegij Iuridici pro tempore

Decani spectatissimi.

Publicé in auditorio Iuris Consultorum defendendas suscipies Mensis Xbris die 9

IOANNES SCHOPP VFOLTZENSIS

Alsata, I. V. studiosus.

FRIBURGI BRISGOIAE.

Ex Officina IOANNIS STRASSERI.

Anno M. DCXVI.

REVERENDIS.
SIMO, SERENISSIMO.
QUE PRINCIPI, AC DOMINO, DO-
MINO LEOPOLDO ARCHIDUCI AV-
STRIÆ, EPISCOPO ARGENTINENSI, ET PAS-
FAUIENSI, ADMINISTRATORI MURBACENSI, & LU-
DRENSI, DUCI BURGUNDIÆ, STYRIÆ, CARINTHIÆ,
CARNIOLÆ, VVIRtenbergæ, &c. COMI-
TI TYROLIS, HABSPURGI, & GO-
RITIÆ, &c. ALSATIÆ LANDT-
GRAUIO, &c.

Principi, ac domino suo Clementissimo.

*Hasce miscellaneas conclusiones humiliè, atq;
submisse offert, dicat, consecratg.*

Obedientissimus, & humilius
seruus, & subditus.

*Ioannes Schopp Yffoltzen-
sis Alsata.*

THE+



THEISIS PRIMA.



Vs retractus in emptione & ven-
ditione propriè sumpta locum
regulariter habet, ita vt ad alios
contractus trahi atq; extendi non
possit.

I. *Statu liberi s. Quintus Mutius ff. de sta-
tutib. & ex constitut. D. Frid. de iure protomi-
seos in viss. feind.*

II.

Quæstionis est, vtrum in venditione nulla
puta à pupillo, vel minore contra dispositio-
nem iuris communis, vel municipalis facta
ius congrui locum obtineat, quod negamus.

Ratio est, quia appellatione venditionis
venit tantum valida, l. 4. s. condemnatum,
ff. de re iud. Tyraq. de retract. s. i. gl. 2. n. 5.

III.

Hinc si eslet statutum, vel consuetudo, qua
caueretur, quod de omni contractu gabella
soluenda esset, si contractus propter omis-

THESES

sum aliquod requisitum esset nullus, gabella non deberetur.

Tyraquellus d. glos. n. 7.

IV.

Elegans occurrit quæstio, num in venditione ita facta, vt, si consanguineus rem venditam retrahere velit, ea sit inempta, juri retrahitus locus sit. Nobis negantiū aridet opinio

I. vlt. C. de contrah. empt. Tyraq. glos. 2. n. 59.

V.

Rursus est dubitatio, si prædium cum fructibus pendentibus ematur, & statim à puncto celebrati contractus, fructus colligantur, num consanguineo intra anni spatium retraheti prædium, & fructus medio tempore percepti, aut eorum aestimatio sit restituenda, quod affirmamus. *Mol. disp. 371.*

VI.

Allubescit etiam querere, an duobus fratribus, vel consanguineis prædium communie vendentibus alterutri eorum in alterius vendita parte jus congrui competit? quod negamus.

I. cù pater §. libert. ff. de legat. 2. l. Titius in prin. ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol. Con-

IVRIDICÆ

VII.

Consanguineus rem venditam retrahere volens, non solum iustum, & Integrum pretium emptori offerre (A) sed & cum pretio sumptus & expensas tempore contractus factas integre refundere tenetur (B) quod usq; adeò verum est, vt etiam sumptus vini soluere teneatur. (C)

A *I. Julianus. §. offerri. ff. de act. empt.*

B *I. intravtile §. fin. ff. de minor.*

C *Andr. Gail lib. 2. obseru. 19. num: 9.*

VIII.

Cæterū inviles, & superfluos sumptus in fraudem consanguinei factos retrahēs refundere non obligatur. *Gail. d. loco.*

IX.

Dicens alteri (tu mentiris) etiamsi addat faluo honore tuo iniuriarum rectè conueniunt, & condemnatur.

Couar. var. resolut. lib. 1. c. 11. nu. 1. Iul. Cla.

lib. 5. sentent. §. iniuria vers. sed pone. n. 13.

And. Gail. d. lib. 2. obser. 101. in prin.

X.

Nec refert, huiusmodi honoris præfatio

THESES

præcesserit iniuriam, an eam secuta fuerit.

Gail. d. obseru. nu. 2. cum seq.

XI.

Non tantum is, qui re ipsa fecit iniuriā, iniuriarum tenetur, sed etiam qui persuasit, mandauit, & dolo malo curauit, ut iniuria fieret, nam vterq; tam mandans, quam perficiens propriō nominet tenetur.

I. sed si unius §. 7. & l. nō solum ff. de iniuriis, Gail. de pignorat. obseruat. 5. nu. 2.

XII.

Plures vni iniuriā inferentes singuli tenentur, totenim sunt iniuriæ, quot personæ iniuriantes, & quilibet in delictis ex suo dolo in solidum obligatur.

I. si plures 34. ff. hoc tit.

XIII.

Conceditur iniuriarum actio non solū ei, qui per se metipsum, sed etiam per alios eius potestati subiectos iniuriā passus est.

I. I. S. aut per ff. b. tit. I. I. 2. & 3. ff. de liberalicaria. Anton. Gom. & ar. resolut. tom. 3. c. 6. nu. 5. de iniuriis.

Hinc

IVRIDICAE.

XIV.

Hinc si filio familias interrogata sit iniuria, potest pater & filij, & suipius nomine iniuriarum experiri (A) quamuis enim filio fam. actio iniuriarum pro sua persona competit, nihilominus pater fintuitu patriæ potestatis eam exercere potest. (B)

(A) *d. l. I. §. 3 l. pater. l. seruo ff. de iniuriis.*

(B) *l. nō solum ff. de procurat. l. in persona ff. de pactis, Zaf. in l. filius fam. ff. de A. & O.*

XV.

Quod usq; adeò verum est, ut etiam si filius iniurianti remittat iniuriā, nihilominus pater eam vindicare possit.

I. I. S. usq; adeo ff. b. tit. Vasquius illustr. controvers. lib. I. cap. 15. num. 7.

XVI.

Item maritus ob iniuriā vxori illatam aduersus iniuriātem iniuriarum agere potest, verum non vicissim, uxores enim à viris defendi, non viros ab uxore æquum est.

I. quod si viro, & l. eum qui, S. si nupta ff. b. tit. Ant. Gom. d. loco.

XVII.

Cæterum vni ex cognatione interrogata iniuria to-

THESES

ria toti cognitioni irrogata intelligitur, non
vt quilibet cōtra iniuriantem ciuiliter (A) sed
tantum criminaliter agere possit. (B)

(A) *Bart. in l. lex. Cornelia ff. de iniuriis.*

VV esenb. insuis paratit n. 6. ff. eod.

(B) *Mynsing. S. patitur instit: eod: d: l: I,*

2, E 3, ff. de liber. causa, VV esenb, d. loco:

XIX.

Iniuriarū actio præatoria vnius anni spa-
tio extinguitur, (A) at de anno vtiline, an
continuo hoc accipiendum sit inter Dd. non
conuenit, nos eorum ad stipulamur senten-
tiæ, qui annum vtilem modò à tempore sci-
entiæ currere volunt. (B)

(A) *l. si nō conuity: C: de iniuriis, l. sed si v-*
nus S: si ante ff. eod: Gail lib: 2. obseru: 104.

Mynsing: cent: 5. obseruat 7.

(B) *Gail. d. lib. 2. obf. 105. nu. 4. Myns. d.*
loco, Fachin. lib. 9. cap. 8.

XIX.

Quæstionis est, num actio ex l. Cornelii
habens locum in tribus casibus scilicet pul-
satione, verberatione, & introitu domus ali-
enæ per vim, etiam anno, quemadmodum
actio

IVRIDICAE.

actio præatoria, finiatur? quamuis non desint
qui asserant, verior tamen est opinio eorum
qui negant.

Myns. cent. I. obser: 84. Fach. lib. 9. c. 7.

XX.

Cum iniuria per scripturam facta com-
modè ad iniuriam verbalem referri possit,
quæritur, an etiam anno secundum disposi-
tionem l. si non conuity, tollatur? nos non
tolli, sed vt reales iniurias 30. annis durare,
propugnabimus.

Zaf. in l. cum lex ff. de leg. Gail; d. lib. 2. ob-
seruat. 104.

XXI.

Etsi de mutui natura non sit, vt eadem
species reddatur, attamen eandem reddi pos-
se, non negamus.

Zaf. in l. 2. nu. 7. 8. E 10. ff. si certum pet.

Mol. de contractibus tract. 2. disput. 299.

XXII.

Cæterum neq; solù res eiusdē generis,
sed etiam eiusdem quantitatis & qualitatis
reddenda est, (A) etiamsi inter contrahien-
tes de hoc non conuenerit. (B)

(A) *Zaf. in l. cum quid n. 3. ff. si certum pet.*

IVRIDICAE.

THESES

*S*in l. obligationes n. 15. ff. de A. & O. Mol. d. disput. 299. Binsf. Cap. inciuitate q. 5. conclus, 4. de usuris. (B) d.l. cum quid Vesenb. in paratit. ff. hoc tit. num. 13. Mol. d. loco.

XXIII.

Porro vt plus quam mutuo datum sit (A) aut loco rei vilis præsterior, puta loco vini veteris penduli vinum iustum reddi debeat (B) in pactum deduci nequit.

(A). l. rogasti s. si tibi ff. h. tit.

(B) d. l. cum quid. Binsfeld. d. Cap. in ciuitate q. 5. conclus. 5.

XXIV.

An pactum valeat, vt mutuatarius rem minoris bonitatis restituere possit? quæritur. & valere asserimus.

Fachin. lib. 2. c. 69.

XXV.

Mutuum in bonitate intrinseca, non vero extrinseca reddendum est, hinc licet vini, vel frumenti mutuo dati mutatus sit valor, nihilominus mutuatarius non obstante minori valore, quem vinū, vel frumentū tempore restitutionis habet, mutuanti satisfacit, si mu-

si mutuum in eadem bonitate intrinseca restituat.

Binsf. d. q. 5. concl. 4. Mol. disp. 311. Ant.

Gom. var. resolut. tom. 2. c. 6. in princ. Zas. in l. vinum n. 12. ff. si certum pet.

XXVI.

Secus est si mutuatarius sit in mora, nātunc non solum in bonitate intrinseca, sed etiam extrinseca reddere tenetur.

Zas. in d. l. vinum n. 7. & 12. Molin. disp. 312. circa fin.

XXVII.

Si soma vini tempore mutui valuit decē florenos, deinde vini pretium paulatim decrevit, & tempore quo repetitum fuit, vinū valuit soma octo, postea magis decrevit, & tempore litis contestatæ valuit quinq; denique tempore sententiæ valuit tres florenos, cuius temporis facienda est æstimatio? sub distinctione respondemus.

XXVIII.

Aut enim conuentum est, quo tempore vinum redderetur. Aut non, Priori casu æstimatio temporis, quo vinū reddi debuit, con-

THESES

sideranda est, Posteriori vero valor, quem vi-
nū à tempore petitionis habuit summū, inspec-
endus. *Zaf. in iam d.l. vñ n. 3. f. 13. cū seq.*

XXIX.

Num autē hoc de petitione duntaxat iu-
diciali, an quoq; extrajudiciali intelligendū
sit, grauis inter Dd. est controuersia, nō nul-
li de iudicial tantum (A) nos de vtraq; cum
distinctione intelligi posse, defendemus. (B)

(A) *vtr. videre est apud Fachin. lib. 2. c. 74.*

(B) *doct̄ nobilis, magnif. & consultiss. Dn.
Frid. Martini Canon. Profess. primar.
præses, & præceptor meus summè colendus
in tract. de interesse, quod venit ex mutuo,
vers: Ego distinctionis &c.*

XXX.

Verū an prædicta in mutuo pecuniæ lo-
cum obtineant, insignis apud Dd. est discep-
tatio V. G. tempore, quo viginti ducati da-
ti sunt mutuò, valuit vnum duos florenos;
tempore vero restitutiois vnum valet duos
florenos cum dimidio: quæritur an tot duca-
ti in specie, & numero, quot in indiuīduo
mutuo dati, sint restituendi? alij affirmant,
alij

IVRIDICAE.

alij negant, (B) his nos subscribimus.

(A) *Ant Gabr. cōmun. conclus. lib. 3. de sol.
cōc. 2. And. Fach. lib. 2. c. 9. ubi multos citāt.*

(B) *Myns. cent. 4. obseru. 1. Mol. disp. 312.*

XXXI.

Nisi mutuatarij mora interueniat, nā tunc
damnum ex diminutione monetæ proueni-
ens ad mutuatarium, lucrum vero ex accre-
tione valoris nascens ad mutuantē spectat.

*Couar. de collat. vet. numis. c. 7. §. unico
n. 7. Fach. lib. 2. cap. 9. And. Gail. lib. 2.
obseru. 73. num. 9.*

XXXII.

Quamvis à mutuante si terminus soluti-
oni non sit præfixus, ad libitum illud repeti
possit, attamen, vt mutuatarius statim red-
dat, compelli non potest.

*Fach. lib. 2. c. 52. Mol. d. disp. 299. Deci-
nis in l. in omnibus ff. de R. I.*

XXXIII.

Qui alicui dat mutuo cum pacto, vt in sua
officina merces emat, vt suum aduocatum,
agat, vel vineam colat, vsuram exercet (A) eti-
amsi mutuatario iustum stipendiū pro labore
soluat. (B)

B 3

(A)

THESES

(A) Mol. disp. 309. Conar. var. resol. lib. 3.
c. 2. n. 5. vers. tertio tamē. Binsf. Cap. con-
suluit sq: 3. de vſuris.

(B) Mol. & Binsf. d. d. locis.

XXXIV.

Cæterū mutuatarius absq; pacto sua spon-
te, & ex mera liberalitate mutuanti eiusmo-
di seruitia præstare, non prohibetur.

Molin. disput. 303.

XXXV.

Committitur insuper vſura, si pecunia ar-
gentea minuta detur cum pacto, ut in aurea
moneta mutuum reddatur.

Molin. disput. 312.

XXXVI.

Quod verum intelligimus, si debitor inui-
tus loco argenteæ paruæ monetæ, aureæ mo-
netæ solūtionem promittere cogatur. Secus
si lubens volens id recipiat, nam tunc huius-
modi pactum vſurarum non est.

Mol. d. loco.

XXXVII.

Ambigitur, num obligationem antido-
ralem pacto in ciuilem deducere liceat, quod
inficiamur.

Molin

IVRIDICAE.

Molin. disp. 308. Binsf. Cap. consuluit q.
2. conclus. unica de vſuris, Conar d. lib: 3.c.
2. num. 5.

XIII.

Cum explorati iuris sit, quod mutuās fru-
ctus rei oppignoratæ in sortem imputare te-
neatur, (A) nos, si dominus feudi vasallo pe-
cuniā det mutuō, & interim domino vasal-
lus in mutui securitatem feudum oppigno-
ret, fructus feudi perceptos in sortem impu-
tare non teneri singulari ratione vltra Dd.
defendemus. (B)

(A) Cap. I. & 2. de vſuris, l. 1. C. de distract.
pign. l. 1. & 2. C. de pignorat. act.

(B) Cap. I. de feudis, Cap. conquestus, de v-
ſuris. Mol. disp. 323: in prin. Binsf. d. Cap.
I. q: 1. conclus. 7.

XII.

Nec referre addimus, siue ſæcularis, siue
Ecclesiasticus fit mutuator, (A) siue id in pa-
ctum deductum fit, siue non (B)

(A) Mol. & Binsf dd. locis.

(B) Mol. d. loco circa fin. & ratio eſt, quia
qua contractui naturaliter inſunt, ea ex-
primere

*primere non est necesse, quod taciti, & ex-
pressi eadem sit virtus i. cum quid ff. si cer-
tum pet.*

X L.

Dummodo dominus feudi, interim dum
pignus retinet ex eoque percipit fructus, va-
sallum à seruitijs immunem efficiat, quod si
seruitia à vasallo exigat, vel oblata recipiat
nulla facta protestatione, quod illa pro fru-
ctibus habere velit, usuram committit.

*Molin. d. disput. 323. Couar. var. resol. lib.
3. c. 1: num. 4. Binsf. d. loco.*

X L I.

Coroniāis loco queritur an mutuum in
ouibus, vaccis, lignis, lapidibus, & simili-
bus consistere queat? quod glossa negat, nos
affirmamus.

*Molin: sape d. disput: 299. Zaf. in l. 2. §:
mutuidatio n. 36. cū seqq: ff. si certum petat.*

Lans Deo Virginiq^z MARIAE.